9. May 1362.

Notum facimus quod super debato in nostra Parlamenti Curia moto et pendente inter Capitulum et universitatem Choriarorum Ecclesiæ S.ti Juliani Brivatensis ex una parte, et Procuratorem nostrum generalem ac Ballivum Arverniæ pro nobis ex altera occasione certorum metallorum plumbi vel stanni quos dicti Capitulum et universitas Choriarorum Ecclesiæ prædictæ fecerant cudi in Cuneis ferreis ad instar monetæ consueverant dictos metallos —

Du vol. 2. cotté 4. fol. 426. 86.

distribuere Canonicis et aliis Chorariis —
et Servitoribus dictae Ecclesiae in signum
et pro distributionibus quotidianis, ipsosque
metallos alter alteri tradebat ad invicem et
in villa Brinacenii ponebam et —
allocabam pro pane et vino aliisque —
mercatariis apud illos qui eosd. [illegible] tallos
sponte tamen et absque compulsione
recipere volebam, et deinde illi qui=
=die dictos mellos recipiebant reportabant
eosdem receptoribus seu distributoribus
dictae Ecclesiae et ipsi Receptores seu
distributores tradebant et restituebant in
pecunia nostra moneta currenti —
pretium vel summam proqua erant —
signata prout dicti Capitulum et Chorarii
asserebant, verum quia praedicta dicto Baillivo
facta esse in nostrum praejudicium videbantur
dictos Cuneas et certam quantitatem dictorum
metallorum capi fecit et inhibuit ne
aliqui seu aliquae dictos Mellos reciperent

de cætero seu etiam allocarent, et ob hoc —
temporalitatem Capituli et Choriarorum
dictorum ad manum nostram poni fecit
et teneri, qua de causa Procurator noster
petebat Capitulum et Choriarios prædictos
nobis in emendam Condemnari capitulo
et Choriariis prædictis rationes et
deffensiones suas allegantibus ex adverso,
auditis itaque ad plenum dictis partibus
per Curiam nostram extitit ordinatum
quod dicti Cugnei ferrei de quibus dicta
Melli cudebantur remanebunt penes
dictam Curiam nostram et frangentur
suos que Mellos pro distributionibus —
consuetis Capitulum et Choriarii fieri
faciant de plumbo in metis seu formulis
sine Litteris, et sine Cruce et melliis
et non aliis utentur de Cætero in —
signum distributionum quotidianarum absque
eo quod in signum pignoris vel debiti
apud alios quomodo libet allocentur, —

manum que nostram in temporalitate dictorum Capituli et Chorianorum occasione praeminorum appositam dicta Curia nostra amovit, quocirca Baillivo nostro Aveneriae qui nunc est et qui pro tempore fuerit et ejus locum tenenti, caeteris que justiciariis et Gentibus nostris damus tenore praesentium in mandatis quatenus dictos Capitulum et Chorarios contra tenorem dictae ordinationis Curiae nostrae super praemissis quomodo libet non molestent, sed eos ordinatione praedicta uti pacifice faciant et gaudere permittant.